



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtru[m] sacrilegium sit species determinata luxuriæ? 10

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

751
sup. ar. 1.
ad 3. Et
4. d. 41.
ar. 1. q. 2.
ad 7.
* q. 99.
26. q. 1. c.
Lex illa
praterito
rum.

Virum sacrilegium possit esse species luxuria?
D decimum sic proceditur . Videtur , quod sac-
rilegium non possit esse species luxuria . Ead-
dem enim species non inuenitur sub diuersis generi-
bus nō subalternatim positis . Sed sacrilegium est spe-
cies irreligiositatis , vt supra dictum est * . Ergo sacri-
legium non potest poni species luxuria .

¶ 2 Praterea , In Decr. 36. eausa 7 quaest. 1. sac-
rilegium non ponitur inter alia quae ponuntur spe-
cies luxuria . Ergo videtur , quod non sit luxuria
species .

¶ 3 Praterea , Sicut per luxuriam contingit al-
quid fieri contra aliquam rem sacram , ita etiam per
alia vitiorum genera . Sed sacrilegium non ponitur
species gula , aut alterius alicuius huiusmodi vitij .
Ergo etiam non debet poni species luxuria .

c. 7. p. 2.
rū 4 me.
to. 5.

SED contra est , quod August. * dicit 15. de Ciuitate
Dei , quod si iniuriam est auaritate possidendi trans-
gredi limitem agrorum , quanto est iniquius libidine
concubendi subuerrere limitem morum . Sed transgre-
di limitem agrorum in rebus sacris , est peccatum sacri-
legij . Ergo pari ratione subuerrere limitem mo-
rum , libidine concubendi , in rebus sacris , facit sacri-
legij vitium . Sed libido concubendi pertinet ad
luxuriam . Ergo sacrilegium est luxuria species .

q. 99. a. 1.
ad 2. q.
1. 2. q. 18.
ar. 7.

RESPONDEO dicendum , quod sicut supra dictum
est * , actus vnus virtutis vel vitij ordinatus ad finem
alterius , assumit speciem illius : sicut furtū quod pro-
pter adulterium committitur , transit in speciem adu-
terij . Manifestum est autem , quod observatio ob-
stitatis , secundum quod ordinatur ad cultum Dei de-
actus religionis , vt patet in illis qui vouent de castitate
virginitatem , vt patet per August. * in lib. de Virgi-
nitate . Vnde manifestum est quod etiam luxuria , se-
cundum quod violat aliquid ad diuinum cultum per-
tinens , pertinet ad speciem sacrilegij . Et secundum
hoc sacrilegium potest poni species luxuria .

c. 8. 20. 6.

Ad

Ad primum ergo dicendum, quod luxuria secundum quod ordinatur ad finem alterius vitij, efficitur illius vitij species. Et sic aliqua luxuriae species potest etiam esse species irreligiositatis, sicut cuiusdam superioris generis.

Ad secundum dicendum, quod ibi enumerantur illa quae sunt species luxuriae secundum seipsa. Sacrilegium autem est species luxuriae, secundum quod ordinatur ad alterius vitij finem, & potest concurrere cum diversis luxuriae speciebus. Si enim aliquis abutatur persona coniuncta sibi secundum spiritualem cognationem, committit sacrilegium ad modum incestus. Si autem abutatur virgine Deo sacra, in quantum est sponsa Christi, est sacrilegium per modum adulterij; in quantum vero est sub spiritualis patris cura constituta, erit quoddam spirituale stuprum. Et si violentia inferatur, erit spiritualis raptus: qui etiam secundum leges civiles grauius punitur quam alius raptus. Vnde Iustinianus Imperator dicit *, Si quis non dicam rapere, sed atrentare tantummodo, matrimonij coniungendi causa, sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali poena feriatur.

in cod. l. 9. tit. 13.

Ad tertium dicendum, quod sacrilegium committitur in re sacra. Res autem sacra est vel persona sacra quae concupiscitur ad concubitum: & sic pertinet ad luxuriam. Vel quae concupiscitur ad possidendum: & sic pertinet ad iniustitiam. Potest etiam ad iram pertinere sacrilegium: puta, si aliquis ex ira iniuriam inferat personae sacrae, vel si gulose cibum sacrum assumat, sacrilegium committit. Specialius tamen sacrilegium attribuitur luxuriae, quae opponitur castitati, ad cuius obseruantiam aliqua persona specialiter consecratur.

ARTIC. XI.

752

Utrum vitium contra naturam sit species luxuria?

4. d. 41.

Ad vndecimum sic proceditur. Videtur, quod vitium contra naturam, non sit species luxuria: quia in praedicta enumeratione specierum luxuriae.

ar. 4. q. 2.

ar. 1. hu.

ius q. po.

sita.

V r i a